

Joannes Dux Masovia concedit privilegium nobilibus de Romani Larem-
bi super triginta mansos.

33

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Joannes Dei gratia senior Dux Masovia, et Russia terrarum dominus, et heres Czernensis. Significamus tenore presentium, quibus expedit tam presentibus, quam futuris, per hæc scripta. Quod consideratis, et inspectis personis, ac fidelibus servitiis nobis per Joannem Tiburcium Sapozorem, Janusium, et Nicolaum heredes de Romani exhibitis fideliter, et impensis, et in posterum charissimo Duce per ipsos, et ipsorum pueros celerius nobis, et nostris successoribus impendendis, ipsis promissorum meritorum ob respectum, et ipsorum pueris triginta mansos mensura Culmensis Rossochate vulgariter dictos, super fluvio Malibrog vulgariter dicto, cum utraque parte fluvii ejusdem, prope à Nur sitos in longum, et latum, veluti predicti triginta mansi sunt limitati, et distincti, dedimus, damus, donamus, adscribimus, appropriamus, et in verum titulum hereditarium ex nunc gratiose conferimus, perpetue, et in ævum, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, censibus, usibus, et obventionibus generaliter

generaliter universis, quibus cunque nomi-
nibus vocentur, ad praesens cum dictis
mansis existentibus, et in posterum cha-
rissimo Duce accrescendis, mellificiis, si-
ve cyisteriis Duxatadac exceptis, quae pro-
nobis, et nostris successoribus reservamus.
Sit igitur licitum praedictis nostris fide-
libus, et ipsorum posteris triginta mansos
praedictos tenere, habere, regere, guberna-
re, ac pacifice, et quiete temporibus
perpetuis possidere, nec non vendere, com-
mutare, donare, alienare, obligare, et ad
usus suos beneplacitos, et suorum pueror-
um convertere, prout ipsis, et ipsorum pu-
eris melius, et utilius videbitur expedire;
nostra siquidem, nostrorumque successorum
voluntas more solito requiri debet in pra-
missis. Praeterea praedicti nostri fideles,
et ipsorum pueri in recompensam hujus do-
nationis de quibuslibet decem mansis,
ad quamlibet expeditionem, in equo valo-
ris quatuor sexagenarum, in pancerio,
cum balista, et subcaleptia Ktobuczek
vulgariter dicta, equitare, et caetera omnia
communia servitia impendere, prout
alii terrigenae in similibus bonis locati
facere, et impendere consoverunt, sint
ascripti toties, quoties fuerit opportu-
num, et ut praedicti triginta mansi eo-
citius valeant collocari, et in uberiores
converti fructus, ipsos de jure Poloniae
in jus Theuthonicum, quod Cuthense
dicitur transferimus, et transmudamus
cum omnibus

cum omnibus dispositionibus, punctis,
 articulis, et clausulis universis. Verum
 quia pro hujusmodi juris datione, dona-
 tione omnes, et singuli incolae triginta man-
 sorum predictorum singulis annis, perper-
 tuisque temporibus, de quolibet manso culto
 et possesso ad quodlibet festum beati Mar-
 tini confessoris, et episcopi venerandi per
 octo grossos Pragenses nobis, et nostris suc-
 cessoribus dare, et solvere tenentur, in cu-
 jus recompensam volumus, quod omnes,
 et singuli incolae mansorum predictorum,
 ab omnibus nostris solutionibus, exactioni-
 bus, contributionibus, laboribus, et speci-
 aliter ab his, quae sequuntur: Sep, Obzarz,
 Narzar, porco, vacca, ariste, porcum,
 Niestane, Poboż, Praskie, Sokolno, Bo-
 browe, Przewod, Strojza, et à ceteris
 collectis gravaminibus ipsius juris Po-
 lonicalis, angariis, praangariis, gene-
 raliter universis sint soluti, liberi pe-
 nitus, et exempti; castrorum nostrorum
 quorumlibet laboribus exceptis, ad quos
 incolae mansorum predictorum, unà
 cum aliis incolis in simili jure loca-
 tis, transire tenebuntur, toties quoties
 fuerit opportunum; eo etiam praesertim
 excepto, quod cum nuptias nostras, aut
 puerorum nostrorum sexus utriusque
 nos Divina dispositione celebrare, aut
 terram nostram redimere, aut aliam
 emere, vel, quod absit, nos, aut quem-
 piam ex filiis nostris captivitatem in-
 currene

incurrere contigerit, tunc volumus, quod
incola predicti tantam, et talem nobis
successoribusque nostris persolvant exactio-
nem, quantam, et qualem super alias
villas in equali jure locatas generali-
ter duxerimus impendendam. Preterea
absolvimus incolas mansorum predicto-
rum ab omnibus judiciis nostris omnium
judicium, et subjudicium nostrorum, pala-
tinorum, castellanorum, officialium,
et ministerialium quorumcumque, sic,
quod de cetero per eosdem non judicentur,
nec citentur, et citari non compa-
reant pena nulla sequente, nisi coram
prenominatis nostris fidelibus, et ipso-
rum pueris, aut eorundem sculteis, ju-
re proprio Teutonico, unicuique re-
spondeant. Item damus predictis no-
stris fidelibus, et ipsorum pueris,
quod quotiescumque, et quandocumque
incola mansorum predictorum manus
se occiderint, toties integram penam
hujusmodi capitalis pro se tollant, cum
vero proprius extraneum, aut extrane-
us ipsorum proprium incolam interve-
nerit, tunc medietatem hujusmodi
penae capitalis pro se tollent, recipient,
et levabunt. Item damus predictis
nostris fidelibus, et ipsorum pueris om-
nes causas tam magnas, quam par-
vas, criminales, et civiles judicare, car-
ceres, et patibula erigere, omnes excessus,
et delicta punire, equalitatem penae,
pro equalitate

pro aequalitate criminis imponendo, licet
vincta sanguinis mutilationem
membrum, aut ultimum suplicium edi-
gat, et deponat. In cujus rei testimoni-
um sigillum nostrum majus presentibus
est appensum. Actum et datum in
Ciechanow feria tertia post festam san-
cti Francisci, sub anno millesimo,
quadringentesimo, decimo nono. Presentibus
ibidem strenuis, ac nobilibus viris
Dominis etc.

34

Faint, illegible handwriting covering the page, likely bleed-through from the reverse side.